



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1595. usque ad annum 1600

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1773

VD18 90118677

§. 92. Temesvaria irrito conatu a Sigismundo Bathorio obsessa.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67263](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67263)

Sæcul. XVI
A.C. 1597.

quarta Septembris receflit, Turcis interrim ad Tatam, seu Theodatam castam metantibus, urbemque in opposita Danubii ripa Australi sitam cingentibus Præerat huic urbi nuper recuperata Christophorus Veida, qui nullam strenui Belliducis partem prætermittens crebras hostium oppugnations fortiter repreflit: cum autem Turcæ cuniculis jamjam actis validius arcis propugnaculum evertiffent, habito prius Belliducum confilio cum suis præfidiariis, qui numero trecenti erant, clam die secunda Octobris noctis beneficio egressus Danubium versus contendit, urbemque vacuam Turcis reliquit. Hoc tamen longe molestius Christianis accidit, quod interim Persarum Legati cum Turcis pacem firmaffent.

§. XCII.
Temesvaria irrito conatu a Sigismundo Bathorio obfessa.

Harræus an- Postea Maximilianus Archidux, qui in
nal. Brab. adversa Danubii parte subsiftebat,
P. 535. promotis castris Watziam descendit, Turcis autem Pesthensi urbi appropinquantibus, arce deserta, flaminisque absumpta, ad borealem Danubii oram Strigonio oppositam retroceffit. Sub idem tempus Sigismundus Bathorius Transylvaniæ Princeps die duodecima

Se.

Septembris Turcarum fines delecto mi- Sæcul. XVI.
A.C. 1597.
tite invadere aggrediebatur, ac vastato circumquaque agro ad Albam Græcam pontem Savo flumini impositum destruere jussit, ipse vero Lippam profectus, ad motis mox castris ineunte mense Octobri suadente Carillo Jesuita, aliisque, serius tamen, Temesvariam obsidere molebatur: cum tamen jamjam aspera hyems ingrueret, fractaque sæpius nubila præcipiti ruina, ac improbis continuo imbribus tam copiose descenderent, ut totus exercitus in discrimen adduceretur, hinc Sigismundus expugnatis aliquot minoris momenti locis obsidionem solvere coactus est.

§. XCIII.

Continuata Ambianensis urbis obsidio.

Interea Galli toto armorum apparatus *Daniel. hist.
de France
l'an. 1597.*
Ambianensis urbis obsidionem urge-
bant, ac præprimis Bironius Franciæ *p. 184.*
Marescallus obsidionales fossas proprius *Thu. hist.
l. 118.*
ad mænia perducens, & die prima Augu- *Gallut. l. 9.
de bello Belg.*
sti ad teatam urbis viam penetrans, ex-
teriorum fossæ loricam expugnabat, de-
sideratis suorum quadraginta, qui incen-
so ab obfessis cuniculo residentis ruinæ
mole oppressi periere: tum vero tanta
cædis, victoriæque aviditate dimicatum,
ut per viginti omnino dies Gallis in fos-
sam